Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



et conuersus est quasi deserta cor eq no
est qui pertranseat Et dixit dominus
Super eo quia dereliquerunt legem meam quam
dedi eis et non audierunt uocem meam
et non ambulauerunt in ea et abierunt
post pertinacia cordis sui et post baalim
quos docuerunt a patribus suis id
circo hec dicit dominus exercituum
deus israhel ecce ego cibabo popu
lum istum absinthio et potum dabo eis
aquam fellis et dispergam eos inter
gentes quas non nouerunt ipse et pa
tres eorum et mittam post eos gladium
donec consumatur Hec dicit dominus
exercituum Considerate et uocate
lamentatrices et ueniant et ad eas que
sapientes sunt mittite et festinent
et assumant super nos lamentum de
ducant oculi nri lacrimas et palpebre
nre defluant aquis quia uox lamen
tationis audita e de syon Quomodo
uastati sumus et confusi uehementer Quia
dereliquimus terram Quoniam de
serta sunt tabernacula nostra Au
dite ergo mulieres uerbum domini et
assumat aures vestra sermonem oris
eius et docete filias vestras lamen
tum et vna quaeque proximam suam planctum
Quia ascendit mors per fenestras nras
ingressa e domos nras disperdere
paruulos de foris iuuenes de pla
teis loquere Hec dicit dominus
Et cadet cadauer hominis quasi
stercus super faciem agrorum et quasi
fenum post tergum metentis et non
est qui colligat Hec dicit domini
Sapiens non gloriet in sapientia
sua et non gloriet fortis in fortitu
dine sua et non gloriet diues in
diuitiis suis Sed in hoc gloriet qui
gloriatur scire et nosse me quia ego
sum dominus qui facio misericordiam
et iudicium et iustitiam in terra Hec enim
placent mihi ait dominus Ecce dies
venient dicit dominus et uisitabo
super omnem circumcisum in carne preputium
in egipto et super iudam et super edom
et super filios ammon et super moab et super
omnes qui attonsi sunt in comam
habitantes in deserto quia omnes gentes
habent preputium et tota domus israhel
incircumcisi sunt corde Capitulum 10
Audite verbum quod locutus est
dominus super nos domus
israhel Hec dicit dominus
Iuxta uias gentium nolite discere et
a signis celi nolite metuere quo
timent gentes quia legem populorum
uana sunt Quia lignum de saltu p
cidit opus manum artificum in ascia
Argento et auro decorauit illud cla
uis et malleis compegit ut non dis
soluatur Similitudine plasmate fi
gurati sunt et non loquent portata
tollent quia metuere non uales
Nolite ergo timere ea quia nec ma
le potest facere nec bene Non est si
milis tui domine magnus es tu et
magnum nomen tuum in fortitudine
Quis non timebit te O rex gentium
tuum e enim decus Inter cunctos sapi
entes gentium et in omnibus regnis
eorum nullus est similis tui pariter
insipientes et fatui probabuntur
doctrina vanitatis eorum lignum e
Argentum inuolutum de tharsis affe
ratur et aurum de ophir opus artifice
et manus cuiusque aurifice iacinctus et pur
pura indumentum eorum Opus artifi
cum omnis sapientia hec dicit dominus autem deus
uerus e ipse est deus uiuens et
rex sempiternus Ab indignatione
eius commouebitur terra et non sustin